The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus
Caput 14: De conditione humana et brevitate huius vite (7)

Bernardus:

O homo, considera priora quia de limo terre erubesce media,	[fons nondum repertus]
quia natus de muliere brevi vivens tempore repleris multis miseriis,	Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis (Iob 14:1).
et ingemisce futura vel novissima, quia vadis ad mortem cum dolore, ad sepulcrum cum horrore, ad iudicium cum tremore, ubi nullum habebis advocatum, nec intercessorem sed omnes erunt tibi accusatores.	[fons nondum repertus]